



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Notatio ad Caput Sexagesimum septimum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

A Caput Septuagesimum septimum.

De liberato à surditate.

THEODERICVS vir nobilis, à teneris annis surdus, ad locum, vbi martyr passus est, spe salutis obtinendæ venit. Octo diebus illic in Surdus labore & precibus perdurans, integerrimè sanatus est: atque eum locum deinceps summo studio & deuotione atque annuis muneribus profecutus est.

B Notatio ad Caput Sexagesimum septimum.

Manuscriptis Suriana consonat editio.



C Caput Sexagesimum octauum.

De Campanario contracto sanato.

QUIDAM decem annis crura contracta & eneruata habuit. Is tandem duobus innitens scipionibus, ad hunc locum contendit. In itinere preces ab imo pectore fudit multis permixtas lachrymis, & in ipso passionis loco cum tanta se deuotione prostrauit, vt etiam citius, quàm ipse aduerteret, sanitas ei restituta sit. Hoc miraculum quicunque viderunt, in martyris erupere laudes, altaque voce eum concelebrarunt.

Contractus restituitur.

D Notatio ad Caput Sexagesimum octauum.

Manuscript. hunc contractum describit: *Campanarium & Textorem de Puppendorp. ex illa parte Susatia.*

Mm 2

Caput